



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XII. De Cognatione legali,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

Duplex, Paternitas & Compaternitas. Paternitas contrahitur inter baptizantem & baptizatum, inter suscipiensem seu patrinum patrinamve & suscipiensem. Compaternitas oritur inter suscipiensem ex baptismo & parentem baptizati, quod ipsum & de cognatione orta ex Confirmatione est dicendum.

6. *Quis est effectus hujus Cognationis?*

Quod non tantum impediatur matrimonium contrahendum, sed etiam dirigitur contractum, utique inter eas personas inter quas cognationem spirituales contrahi diximus: idque ob peculiarem reverentiam, quam alter alteri debet. Verum natam hic ex Conc. Trid. compaternitatem, quæ ante oriebatur inter patrinum & parentes baptizati, necque fraternitatem esse sublatam, adeoque baptizatum cum filia patrini recte contrahere matrimonium.

*Concil.  
trid. d.  
loco.*

(Prohibitio ob cognationem spirituales neque in Sacris Literis, neque in ratione fundata est. Unde merito in nostris Ecclesiis non attenditur. Vid. Joh. Gerhard. d. loc. d. corp. num. 367. & seqq.)

De Cognatione legali.

TIT. XII.

1. *Quæ dicitur Cognatio legalis?*

Est proximitas quædam, quæ per adoptionem vel adrogationem alicujus contrahitur. Ideo dicta legalis, quia adoptio juris est, non naturalis aut gentium, sed civilis, legisque civilis inventum.

2. *Cognatio hæc legalis inter quos impeditur contrahi nuptias?*

I. Inter ascendentes & descendentes, adoptantis scilicet & adoptati, in infinitum: quia nec adoptionis dissolutione, nec emancipatione tollitur cognatio legalis. II. inter eos, qui a latere per adoptionem conjuncti sunt, scilicet adoptatum & filios naturales adoptantis; neque enim sororem adoptivam potest quis uxorem ducere. Idque durante adoptione, quia ea sublata per emancipationem *c. un. b. t.* cognatio hæc tollitur.

De eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ vel sponsæ.

TIT. XIII.

Hoc Tit. agitur de adfinitate contracta per illicitam copulam, habitam cum con-